



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De maturitate & seriositate. Cap. XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

De maturitate & seriositate.

CAP. XIX.

VI.
 Exercit.
 Maturitas
 morum
 semper
 obseruan-
 da.
 Nota.

Mat. 5. 5

SE X T V M est, vt sit maturus & seriosus
 Scum quadam mœroris dulcedine, non cum
 tædij amaritudine vel rancoris. Morum leui-
 tas aliquando potest inesse bono ad horam, sed
 deuoto nunquam: sicut habemus exemplum
 in viris perfectis, quos leues in moribus & ad-
 risum vel iocum pronos rarissimè videmus.
 Vnde cum vtile sit homini esse in luctu, ideo
 beatos dicit Dominus hinc lugentes: & tot cau-
 sas luctus eis dedit & ostendit, scilicet pro se-
 ipsis, pro proximis, & pro Deo. Pro seipsis,
 quia peccatores sunt, Deum offenderunt, &
 quotidie offendunt: inopes sunt virtutum, tar-
 dè proficiunt, expositi mille periculis, & ad-
 huc dubij an damnentur, multis miseris in-
 uoluti, alieni à Deo, exclusi à regno, proni ad
 malum, multis suppliciis obnoxij, mortis, pur-
 gatorij, & inferni. Pro proximis, compatiendo
 pauperibus afflictis, periclitantibus, peccanti-
 bus, damnâdis, tentatis, subuersis, & expositis
 similibus malis, quibus & nos ipsi. Pro Deo,
 compatiendo eius passioni, & iniuriis à perfid-
 is peccatoribus ei quotidie illatis, & subuer-
 sioni iustitiæ, & animarum perditioni, fidei
 conculcationi, & ingratitude pro omnibus
 beneficiis quæ omnibus largitur: pro scandalis
 quibus inhonoratur & à famulis suis, & multis
 aliis. Serius bonus, intus amorem ad prox-
 imum habet, exterius plenâ benignitatē. Ma-
 lus autem serius, amarum & fastidiens bo-
 num habet, indignabundus, suspiciosus, ran-
 corosus, sine ratione turbulentus & aliis one-
 rosus. Dissolutio est deuotioni sicut aqua
 igni: & qui ducit in consuetudinem vix desue-
 scit maximè ioculari.

De